

## SURRECTIO MATUTINA.

*Beatrix puella, Emmanuel, Eusebius.*

- B. **J**esus Christus exuscitet vos à somno vitiatorum. Heus pueri, estis ne hodie cogilaturi?
- Eu. *Nescio quid incidit mihi in oculos, ita videor eos habere plenos arena.*
- B. *Hec est tua prima cantio matutina, & bene vetus.*  
*Aperiam fenestras hasce ambas, ligneam, & vitream, ut feriat clarum manè vestros amborum oculos. Surgite, surgite.*
- Eu. *Tam multò manè?*
- B. *Proprior est meridies, quàm aurora. Vis tu, Emmanuel, recentem subuculam?*
- Em. *Nihil nunc est neesse, hæc est satis munda, cras sumam alteram. Cedo mihi thoracem.*
- B. *Quem? Simplum, an diploidem?*
- Em. *Quem voles, mea nihil refert.*  
*Porrige huc simplum, ut si sim hodie lusurus pilâ, minus grauer.*
- B. *Hic est semper tuus mos: prius de lusu cogitas, quàm de Schola.*
- Em. *Quid tu dicis, inepta? Et Schola ipsa vocatur.*

## EL LEVANTARSE POR LA MAÑANA.

*Beatriz criada, Emanuel, Eusebio.*

- B. **J**esu Christo os despierte del sueño de los vicios. Ola muchachos, haveis por ventura de despertar hoy?
- Eu. *No sè què me ha caído en los ojos, tan llenos me parece los tengo de arena.*
- B. *Esta es tu primera cancion de la mañana, y bien antigua.*  
*Yo abrirè las dos ventanas, la de madera, y la de vidrio, para que la luz de la mañana os dè à entrambos en los ojos. Levantaos, Levantaos.*
- Eu. *Tan de mañana?*
- B. *Mas cerca està el medio dia, que la mañana. Emanuel, quieres tù camisa limpia?*
- Em. *Por aora no hay necesidad alguna, èsta està bastante limpia, mañana mudarè otra. Dame el jubon.*
- B. *Què jubon quieres? el sencillo, ò colchado?*
- Em. *El que quieras, què se me dà à mì?*  
*Dame el sencillo, para que si hoy he de jugar à la pelota, estè mas ligero.*
- B. *Esta es siempre tu costumbre, primero piensas en el juego, que en la Escuela.*
- Em. *Què dices tù necia? Tambien la misma Escue-*

- tur ludus.*  
 B. *Ego non intelligo vestras grammaticationes, & sophismata.*  
 Em. *Da ligulas astrictorias coriaceas.*  
 B. *Fraeta sunt, accipe sericas, & sic iussit tuus Pædagogus. Quid jam? Vis femoralia, & tibialia, quoniam est astus?*  
 Em. *Minimè verò, dato feminicruralia: quaso constringe me.*  
 B. *Quid? tu habes brachia fœnea, aut butyracea?*  
 Em. *Non, sed filo tenui confuta.*  
*Hui, qualia dedisti mihi astrigmenta exarmenta, & lacera.*  
 B. *Memineris te heri alea perdidisse integra.*  
 Em. *Qui scis?*  
 B. *Ego per rimulam ostii observabam te cum Guzmanulo ludentem.*  
 Em. *Amabo, ne id Pædagogus resciat.*  
 B. *Imò ego narrabo, quum primum appellaris me deformem, ut soles.*  
 Em. *Quid si rapacem?*  
 B. *Quidvis, modò ne deformem.*  
 Em. *Cedo calceos.*  
 B. *Utros? longo obstragulo, an brevi?*  
 Em. *Tectos propter lutum.*

- cuela se llama juego.  
 B. Yo no entiendo vuestras gramaticas, bachillerias, y sofismas.  
 Em. Dame las pretinas de cuero.  
 B. Estàn rotas: toma las de seda, y asì lo mandò tu Ayo. Pues y aora? Quieres los calzones, y medias, porque hace calor?  
 Em. De ninguna manera, dame los calzoncillos: atacame por tu vida.  
 B. Còmo asì, tù tienes los brazos de heno, ò de manteca?  
 Em. No, si que los tengo cosidos con un hilo delgado. Huhu, y què agujetas me has dado sin cabos, y rompidas.  
 B. Acuerdate que ayer perdiste las enteras jugando.  
 Em. Còmo lo sabes? (do à los dados.)  
 B. Yo te asfehava por el resquicio de la puerta, que jugavas con Guzmanillo,  
 Em. Por tu vida no lo digas al Ayo.  
 B. Antes bien yo se lo dirè la primera vez que me llamares fea, como acostumbras.  
 Em. Y si te llamàre ladrona?  
 B. Dime lo que quieras, solo no me digas fea.  
 Em. Dame los zapatos.  
 B. Què zapatos quieres? los cerrados de capellada larga; ò los abiertos de capellada corta?  
 Em. Los cerrados por el lodo.

B. *Propter lutum aridum, quod alio nomine vocatur pulvis. Sed bene facis: nam in apertis cingulum est fractum, & fibula amissa.*

Em. *Indue rogo.*

B. *Tu ipse facito.*

Em. *Non possum me flectere.*

B. *Tu quidem facile te curvares, desidia verò tua difficile: an deglutisti ensem, ut circulator ille nudius quartus?*

*Adeo ne es jam delicatus? Quid facies grandior?*

Em. *Astringe nodo laxo gemino, quod est elegantius.*

B. *Nihil minus: solveretur nodus illico, & decideret tibi calceus è pedibus: præstat vel gemino astricto, vel astricto, & laxo. Sume tunicam manicatam, & cingulum textile.*

Em. *Minime id quidem, sed coriaceum venatorium.*

B. *Mater vetat, vis tu omnia arbitrato tuo facere? Et tu veri fregisti aciculam fibulae.*

Em. *Nm poteram alioqui exfibulare. Da ergo illud puniceum ex lino.*

B. *Cape, cinge te cinctum Gallico: pete caput prius radiis rarioribus, tum densioribus: apta pileum vertici, ne in occipitium rejicias more tuo, aut in frontem & oculos.*

Em.

B. *Por el lodo seco, que por otro nombre se llama polvo. Mas bien haces, porque en los abiertos se ha rompido la correa, y se ha perdido la hevilleta.*

Em. *Ponmelos por tu vida.*

B. *Pontelos tû.*

Em. *No me puedo doblar.*

B. *Tû con facilidad te doblarias, mas por tu pezeza te es difícil: por ventura te has tragado la espada, como aquel charlatàn chocarrero quatro dias ha? Por ventura eres ya tan delicado? Què haràs quando mayor?*

Em. *Atalos con dos lazadas: que parece mejor.*

B. *Nada menos que esso: al instante se defataria la lazada, y te carian los zapatos de los pies: vale mas atarlos con dos nudos, ò con nudo, y lazada. Toma la ropilla con mangas, y el ceñidor.*

Em. *No quiero esse, sino la correa de ir à cazar.*

B. *Tu madre no quiere: quieres tû hacer todas las cosas à tu alvedrio? Y tû ayer rompiste el clavito de la hevilleta.*

Em. *No la podia defatar de otra manera. Dame pues aquel ceñidor colorado de lino.*

B. *Tomalo, cíñete à la Francesa: peynate primero con las puas ralas, despues con las espessas: ponte el sombrero, no te lo echas al cogote como acostumbra, ò à la frente, y à los ojos.*

Em.

Em. *Proleamus jam tandem.*

B. *Quid: illotis manibus, & facie?*

Em. *Istâ tuâ tam molestâ curiositate taurum jam encesses, nedum hominem: videris mihi non puerum vestire, sed sponsam.*

B. *Eusebi, adfer pollubrum cum urceolo, funde altius: stilla potius ex epistomio, quàm profundas: elue sordes istas ex nodis digitorum: abluc os, & gargariza: frica benè cilia, & palpebras, tum glandulas sub auriculis duriter: cape linteum, exterge te. Deum immortalem! de omnibus es sigillatim admonendus: nihilne ipse tua sponte faceres?*

Em. *Vah, nimium es importuna, & odiosa.*

B. *Et tu nimium scitus puer, ac formosulus. Deosculare me: stete jam genua, & ante banc Servatoris nostri Imaginem recita precationem Dominicam, & preces alias, ut babes de more, antequam pedem ponas extra cubiculum. Vide, mi Emmanuel, uti de re nulla alia cogites, dum oras.*

*Mane paulisper, appende sudariolum hoc de zona, ad naves emungendas, & purgandas.*

Em. *Sum ne satis ad arbitrium tuum compositus?*

B. *Es.*

Em.

Em. *Salgamos ya finalmente de aqui.*

B. *Què es esso? sin lavaros las manos, y la cara?*

Em. *Ya huvieras muerto à un toro, quanto mas à un hombre, con essa tu curiosidad tan molesta: me parece que no viestes à un muchacho, sino à una novia.*

B. *Eusebio, trae la fuente con el aguamanil, levanta un poco la mano: dexa caer el agua poco à poco por el pico, no de golpe, que la derrames: lava las fuciedades de los artexos de los dedos, enjuagate la boca, y gargariza: estrega bien las cejas, y los parpados, tambien fuertemente las agallas: toma la tohalla, limpiate. Valgame Dios! todo te lo han de advertir: no harias alguna cosa de tu propio motivo?*

Em. *Ay! muy impertinente eres, y aborrecible.*

B. *Y tù discreto, y hermoso niño. Dame un beso: arrodillate, y reza la oracion del Padre nuestro, y otras oraciones, como acostumbra, delante de esta Imagen de nuestro Salvador, antes que salgas del aposento. Querido mio Emmanuel, mira que no pienses en alguna otra cosa, quando reces.*

*Esperate un poco, cuelga este pañuelo de la correa, para limpiarte las narices.*

Em. *Estoy bastantemente compuesto à tu gusto?*

B. *Si.*

Em.

Em. *Ad meum minime, quoniam jam tandem ad tuum: ausim facere sponsionem, me horam unam vestiendo consumpsisse.*

B. *Quid si vel duas? Quò eras alioqui iturus? Quid acturus? Fossurus credo, aut araturus.*

Em. *Quasi desit quod agam.*

B. *O magnum virum, vehementer in nihil agendo occupatum!*

Em. *Non hinc abis, cavillatrix? Abi, aut ego te abigam hoc calceo, aut calanticam tibi detrahbam de capite.*

## PRIMA SALUTATIO.

*Puer, Pater, Mater, Isabellula.*

Pu. *S* *Alvus sis, mi Pater, salve mea Matercula, precor vobis felicem hunc diem germanuli, propitium vobis opto Christum, sororule.*

Pa. *Mi fili, sospitet te Deus, crebat ad ingentes virtutes.*

Ma. *Servet te Christus, mea lux: quid agis mea dulcedo? Qui vales? Quomodo nocte hac quiescisti?*

Pu. *Rectè valeo, & placidè dormivi.*

Ma. *Christo gratias: proprium hoc velit tibi esse.*

Pu.

Em. *Al mio no, porque ya lo estoy al tuyos: apostarè, que he gastado una hora en vestirme.*

B. *Y si huvieras gastado dos? A dònde havias de ir aora? Què havias de hacer? Creo havias de cavar, ò arar.*

Em. *Como si me faltàra que hacer.*

B. *O hombre grande, muy ocupado en hacer nada!*

Em. *No te vas de aqui, fisiona? Vete, ò yo te harè ir à zapatazos, ò te quitarè la cofia de la cabeza.*

## SALUTACION PRIMERA.

*Muchacho, Padre, Madre, Isabelilla.*

Mu. *D* *ios os guarde, Padre mio, Madre mia, Dios os guarde, buenos dias hermanitos, ruego à Jesu Christo os guarde, mis hermanitas.*

Pa. *Dios te guarde, te haga bueno, y virtuoso, hijo mio.*

Ma. *Dios te guarde, luz de mis ojos: què haces, todo mi solàz? Còmo lo passas? Còmo has dormido esta noche?*

Mu. *Bien me và, y he dormido quieto.*

Ma. *Gracias à Dios: èl sea servido continuar-te este favor.*

Mu-

Pu. *Ad mediam tamen noctem excitatus sum è dolore capitis.*

Ma. *Me perditam, & miserrimam! quid narra? Qua parte capitis?*

Pu. *Ad (a) bregma.*

Ma. *Quandiu?*

Pu. *Vix octava parte horæ: postea redormivi, nec sensi amplius.*

Ma. *Respiravi, nam exanimaras me.*

Pu. *Benè sit tibi, Isabeliula, para mi jentaculum. Ruscio, Ruscio hac, canicule festivissima: en ut caudâ adulatur, ut se in posteriores pedes erigit. Quomodò habes? Quomodo vales? Heus tu, adfer panis buccem unam, aut alteram, quam ei demus: videbis lusus scitissimos. Non esuris? Nihil ne edisti hodie? Profecto plus est in cane isto intelligentia, quam in illo mulione crasso.*

Pa. *Tulliole mi, lubet mihi tecum paulisper confabulari.*

Pu. *Quid mihi Pater? Nam nihil mihi accidere potest suavius, quam te audire.*

Pa. *Hic tuus Ruscio est bellua, an homo?*

Pu. *Bellua, ut credo.*

Pa.

(a) *Bregma pars anterior capitis, synciput à brecho græcè, quod est pluo, & irriquo: hæc enim pars maximè humida, & tenera esse solet, præcipuè infantibus. Bregma etiam scribi solet.*

Mu. *Mas à la media noche me ha despertado el dolor de cabeza.*

Ma. *Ay desdichada, y miserable de mi! què me dices? En què parte de la cabeza?*

Mu. *A la mollera.*

Ma. *Quànto tiempo te durò?*

Mu. *Apenas medio quarto: despues dormì otra vez, ni mas sentì el dolor.*

Ma. *He buuelto en mi, porque me avias casi muerto.*

Mu. *Isabelita, buen dia te dè Dios, aparejame el almuerzo. Ruscio, Ruscio ven aqui, perrico muy gracioso: mira como hace fiestas con la cola, y como se tiene drechito en los pies: Còmo te và? Còmo lo passas? Oyes tù, trae un bocado, ù dos de pan, para darle; y veràs què juegos tan donosos. No tienes hambre? No has comido hoy? Mas entendimiento tiene este perro, que aquel arriero gordo, y rudo.*

Pa. *Hijo mio Tuliolo, yo quiero hablar un poco contigo.*

Mu. *Què quèreis, Padre mio? porque para mi no puedè haver cosa de mayor gusto, que oiros.*

Pa. *Este tu Ruscio es bestia, ù hombre?*

Mu. *Bestia es segun creò.*

*Pa. Quid tu habes cur sis homo, non ille? Tu edis, bibis, dormis, ambulas, cursitas, lustras: hæc ille facit omnia.*

*Pu. Atqui ego sum homo.*

*Pa. Quomodò id cognoscis? Quid tu nunc habes plusquam canis? sed hoc interest, quo ille non potest homo fieri, tu potes, si vis.*

*Pu. Obsecro mi Pater, effice id primo quoque tempore.*

*Pa. Fiet, si eas quò eunt belluæ, redeunt homines.*

*Pu. Ibo, Pater, multò libentissimè: sed ubi id est?*

*Pa. In ludo litterario.*

*Pu. Nulla est in me ad rem tantam mora.*

*Pa. Nec in me. Isabellula, audin? Da huic jentaculum in cistella.*

*If. Ecquidnam?*

*Pa. Frustum panis butyro illitum, vel ficus aridas, aut uvis passas pro obsonio, sed insolatas: nam altera ille viscosa insciant puero-rum digitor, & vestes: nisi malit cerasa aliquot, vel pruna aurea, & oblonga: insere braciolum cistula, ne excidat.*

*Pa. Què tienes tù para ser hombre, y no èl. Tù comes, beves, duermes, passeas, corres, juegas: aquel hace todas estas cosas.*

*Mu. Mas yo hombre soy.*

*Pa. Còmo lo sabes esso? Què tienes tù aora mas que el perro? Pero hay esta diferencia, que aquel no puòe hacerse hombre: tù si quieres, puedes.*

*Mu. Suplicote, Padre mio, que haga esso quanto antes.*

*Pa. Se harà, si vas à donde vàn bestias, y buelven hombres.*

*Mu. Irè de mui buena gana, Padre mio: mas à donde està esse lugar?*

*Pa. En la Escuela.*

*Mu. Yo estoy pronto para cosa de tanta importancia.*

*Pa. Yo tambien lo estoy. Oyes, Isabelilla? Ponle el almuerzo en la cestilla.*

*If. Y que le darè?*

*Pa. Un pedazo de pan con manteca, ò higos secos, ò passas, para que coma con el pan; pero bien soleadas: porque aquellas otras pegajosas enfucian los dedos, y vestidos de los niños: fino es que quiera mas algunas cerezas, ò ciruelas de Frayle: mete el bracito por dentro la cestilla, para que no te cayga.*

DEDUCTIO AD  
LUDUM.

*Pater, Phyloponus, Ludimagister, Puer.*

*Pa. Signa te sacro signo Crucis.*

*Pu. Duc nos Jesu Christe sapientissime dementes, potentissimè imbecilles. Quaso, mi propinque, tu qui es versatus in studiis litterarum, equis est in hoc Gymnasio optimus institutor puerorum?*

*Pro. Doctissimus quidem Varro; sed diligentissimus, & vir probissimus (a) Philoponus, nec eruditionis aspernanda. Habet Varro Scholam frequentissimam, & domi numerosum gregem contubernaliū. Philoponus non videtur delectari turba, paucioribus est contentus.*

*Pa. Hunc malo. Eccum in porticu Gymnastii inambulantiem. Fili, hoc est formatorium, & quasi officina hominum, & hic artifex formandi.*

*Adsit tibi Christus, Magister. Aperi caput, puer, & siccet poplitem dextrum, sicut es edoctus: sta jam rectus.*

*Phi.*

*(a) Philoponus, penult. brevi, id est diligens, laboris amicus: aptum sanè nomen institutori puerorum.*

MODO DE LLEVAR LOS NIÑOS A LA  
ESCUELA LA PRIMERA VEZ.

*Padre, Philopono, Maestro, Muchacho.*

*Pa. Santiguete, hijo mio.*

*Mu. Muy sabio, y poderoso Jesu Christo, guiad à nosotros ignorantes, debiles, y flacos. Dime por tu vida, mi vecino, tú que has frequentado los estudios, quièn enseña mejor en esta Escuela à los muchachos?*

*Vcc. Varron en verdad es muy docto: pero Philopono es hombre muy bueno, cuydadoso, y diligente, y de no despreciable erudicion. Varron tiene grande concurso en su Escuela, y en su casa tiene muchos à pupilage. Philopono parece que no gusta de muchos, con pocos se contenta.*

*Pa. Mas me agrada esse. Vedle allí que se passera en la longeta de la Escuela. Hijo mio, èste es el taller, y (digamoslo asì) el obrador de los hombres, y èste es el Maestro.*

*Dios os guarde, Maestro. Muchacho, quitate el sombrero, y haz cortesia con el pie drecho, como te he enseñado: tente drecho agora.*

*B*

*Phi.*



Phi. *Prosper sit nobis omnibus tuus adventus, ecquid rei est?*

Pa. *Hunc filiolum meum ad te adduco, ut ex bella hominem facias.*

Phi. *Dabo in eam rem operam sedulam. Fiet: revertetur ex pecude homo, ex nequam frugi, & bonus: id verò ne dubitaveris.*

Pa. *Quanti doces?*

Phi. *Si puer benè proficiat, vili: si parum caro.*

Pa. *Acutè hoc dicis, & sapienter, ut omnia, partiamur inter nos igitur hanc curam: tu ut sedulò instituas, ego ut benignè compensem tuam operam.*

### EUNTES IN LUDUM LITTERARIUM.

*Cirratu, Prætextatu, Vetula, Puella, Titivillitium, Olufcularia.*

Cir. *V* *Idetur tibi tempus eundi ad ludum?*

Præ. *Planè tempus est ut eamus.*

Cir. *Non satis teno viam, credo esse in illo vico proximo.*

Præ. *Quoties illuc itasti?*

Cir. *Ter, aut quater.*

Præ. *Quando cœpisti eò itare?*

Cir.

Phi. *Seais bien venido: pues, què se ofrece? què falta?*

Pa. *Yo os traigo aqui à mi hijo, para que de bestia le hagais hombre.*

Phi. *Pondrè en ello todo cuydado. Se harà: de bestia bolverà hombre, de malo bueno, y hombre de bien: y esto no lo dudes.*

Pa. *Por quanto enseñas?*

Phi. *Si el muchacho aprovecha bien, barato, si aprovecha poco, caro.*

Pa. *Dices esto discreta, y sabiamente, como todas las cosas, partamos pues este cuidada los dos: tù enseñarle con diligencia, yo satisfacerte bien tu trabajo.*

### LOS QUE VAN A LA ESCUELA.

*Cirrato, Prætextato, Vieja, Criada, Titivillicio, Verdulera, Hortelana.*

Cir. *T* *E parece que es hora de ir à Escuela?*

Præ. *Sin duda es hora que vayamos.*

Cir. *No sè bien el camino, creo que està en aquella calle primera.*

Præ. *Quàntas veces has ido allà?*

Cir. *Tres, ò quatro veces.*

Præ. *Quàndo empezaste à ir allà?*

B 2

Cir.

*Cir.* Nudius tertius, ut puto, aut quartus.

*Præ.* Quid igitur, an non id satis est ad noscendam viam?

*Cir.* Non, etiamsi eam centies.

*Præ.* Ego verò vel si semel, nunquam deinceps aberrarem. Sed tu vadis invitus, & ambulans lusitans, nec viam aspicias, nec domos, nec ulla signa, quæ te postea admoneant, quæ sit festinandum, quæ via tenenda. Ego hæc omnia observo diligenter, quia lubens eo.

*Cir.* Puer hic habitat in proximo scholæ. Heus tu Titivilitium, quæ itur ad edes tuas?

*Tit.* Quid vis? Venis à matre tua? Mater mea non est domi, ac nec soror quidem: amba sunt profectæ ad Divæ Annæ.

*Cir.* Quid illic agitur?

*Tit.* Hæc fuerunt encania: hodie invitavit eas mulier quedam casearia, ad edendum lac coagulatum.

*Cir.* Et tu cur non es unà profectus?

*Tit.* Relictus sum hic, ut servem domi: frater meus puerulus abductus est ab eis illuc: sed pollicite sunt mihi, se de reliquitis allaturas partes in quasillo.

*Cir.* Quin tu igitur manes domi?

*Tit.* Continuo revertar, nunc prodeo lusum talis cum filio bujus cerdonis: vultis & vos venire?

*Cir.*

*Cir.* Segun juzgo, tres, ò quatro dias ha.

*Præ.* Pues no basta esso para saber el camino?

*Cir.* No, aunque vaya cien veces.

*Præ.* Yo en verdad, aunque no mas huviera ido una vez, jamàs erraria el camino. Pero tù vas de mala gana, y jugando, ni miras la calle, ni las casas, ni algunos señales, que despues te avifen por donde has de bolver, por donde has de ir. Yo miro todo esto con cuidado, porque voy gustoso.

*Cir.* Este muchacho habita cerca la Escuela.

Oyes, Titivilicio, por dònde se vâ à tu casa?

*Tit.* Què quieres? Te embia tu Madre? Mi Madre no està en casa, ni mi hermana tampoco: las dos se han ido à la Iglesia de Santa Ana.

*Cir.* Què ay alli?

*Tit.* Ayer fue la Dedicacion del Templo: hoy las ha convidado una muger quefera, à comer quajada.

*Cir.* Y por què tù no has ido con ellas?

*Tit.* Me he quedado aqui, para guardar casa: ellas se han llevado à mi hermanito allà: pero me han prometido, que me traeràn en el canafillo de lo que fobrare mi porcion.

*Cir.* Pues tù por què no estàs en casa?

*Tit.* Luego bolverè, aora voy à jugar à la taba con el hijo de este zapatero remendon: quereis vosotros tambien venir?

*Cir.*

*Cir.* *Eamus* (a) *sodes.*

*Præ.* *Minimè verò id quidem.*

*Cir.* *Quidni?*

*Præ.* *Ne vapulemus.*

*Cir.* *Vab, non memineram.*

*Tit.* *Non vapulabitis.*

*Cir.* *Qui scis?*

*Tit.* *Quia Magister vester perdidit heri ferulam.*

*Cir.* *Hem quomodo nosti?*

*Tit.* *Hodie de domo nostra audiebamus eius vociferationem, quarentis ferulam.*

*Cir.* *Amabo ludamus parumper.*

*Præ.* *Tu ludito, si vis: ego ibo solus.*

*Cir.* *Ne me apud Præceptorem quæso deferas: die me detineri domi à patre.*

*Præ.* *Vis mentiri me?*

*Cir.* *Quidni propter sodalem?*

*Præ.* *Quia in Templo audiivi Concionatorem affirmantem, mendaces esse filios diaboli, veraces Dei.*

*Cir.* *Diaboli verò? Apage. Per signum Sanctæ Crucis, ab inimicis nostris libera nos Deus*

*no-*

(a) *Sodes.* Vox blandientis, & obsecrantis, & est Comici familiaris. Sunt, qui adverbium esse dicant. Gerardus autem Vossius verbum merito esse asserit. Nam *sodes*, id est, ac si audes; sicuti *sis*, id est, si visis; sicuti *vultis*, id est, si vultis. Vide ipsum.

*Cir.* *Vamos si te atreves.*

*Præ.* *Nada menos que esso.*

*Cir.* *Pues por què no?*

*Præ.* *Porque no nos azoten.*

*Cir.* *Ah, no me acordava.*

*Tit.* *No os azotaràn.*

*Cir.* *Còmo lo sabes?*

*Tit.* *Porque vuestro Maestro ayer perdiò la palmatoria.*

*Cir.* *Ola, còmo lo sabes?*

*Tit.* *Hoy oíamos de nuestra casa los gritos que dava, buscando la palmatoria.*

*Cir.* *Juguemos un poco por tu vida.*

*Præ.* *Tù juega, si quieres: yo me irè solo.*

*Cir.* *Por Dios no se lo digas al Maestro: di que mi Padre me detiene en casa.*

*Præ.* *Quieres que yo mienta?*

*Cir.* *Por què no, por un amigo?*

*Præ.* *Porque oì en el Templo al Predicador que decia, que los que dicen mentira, son hijos del diablo, y los que dicen verdad, son hijos de Dios.*

*Cir.* *Del Diablo? Quita allà. Por la señal de la Santa Cruz, de nuestros enemigos libranos*

noster.

Præ. Non potes liberari, si ludas, cum est descendum.

Cir. Eamus, tu valet.

Tit. Hui, pueri isti non audent paulisper ludere, aliqui cadendi.

Præ. Ille est puer perditus, & evadet scelerosus vir. Sed quomodo elapsus est nobis, nec rogavimus qua esset via ad ludum, revocamus.

Cir. Abeat in malam rem, nolo sit mihi rursus incitamento ad lusum, percontabimur ab hac vetula. Mater, nosti ne qua itur ad Scholam Philoponi?

V. Juxta eam Scholam habitavi ego sex annis, è regione peperit filium natu maximum, & filias duas: transite plateam banc Villarsa, inde est angiportus, tum platea Domini Veterani, hinc stete ad dexteram, tum ad sinistram: ibi percontamini, non procul abest Schola.

Cir. Vab, non poterimus omnia retinere.

V. Theresula, deduc istos ad ludum Philoponi: nam Mater hujus est, qua dabat nobis linum petendum, & nudum.

Te. Quid malum Philoponi? Quid hominis est

Señor Dios nuestro.

Præ. No te libraràs, si juegas quando has de aprender.

Cir. Vamos nosotros, tû quedate con Dios.

Tit. Huhu, estos muchachos no se atreven à jugar un poco, por temor de los azotes.

Præ. Aquel es un muchacho perdido, y faldrà un mal hombre. Pero còmo se nos ha ido, ni le hemos preguntado por donde se vâ à la Escuela, llamemosle otra vez.

Cir. Vaya en hora mala, no quiero que otra vez me provoque à jugar: se lo preguntaremos à esta vieja. Madre, sabe por donde se vâ à la Escuela de Philopono?

V. Junto à essa Escuela habitè seis años, y enfrente de ella parì à mi hijo el mayor, y dos hijas: passad esta plaza de Villarrasa, despues se sigue un callejon, despues la plaza del Señor de Vetera, alli bolved à la drecha, despues à la izquierda: preguntad alli, cerca està la Escuela.

Cir. Ah no nos podremos acordar de todas estas cosas.

V. Terefica, lleva estos muchachos à la Escuela de Philopono: porque la madre de este es aquella, que nos dava lino para peynar, y hilar.

Te. Què mala ventura de hombre es este? Què hom-

*est hic Philoponus? Quasi ego norim. Loqueris ne de illo, qui resuit calceos iuxta couponam viridem? An de pracone in vico Gigantis, qui alit equos meritorios?*

*V. Sat scio, nunquam tu nosti ea, quae sunt opus, sed ea, quae ad rem nihil faciunt. Inertissima: Philoponus est Ludimagister ille senex, procerus, lusciosus, è conspectu adium, quas olim habitavimus.*

*Te. Ah, jam redit in memoriam.*

*V. In reditu transi per macellum, & eme acetarium, & raphanum, & cerasa: cape fistellam.*

*Cir. Duc nos etiam per forum olitorium.*

*Te. Hæc ibitis brevius.*

*Cir. Nolumus istac ire.*

*Te. Qui sic?*

*Cir. Quia mamordit me illic canis ex domo pistoris: quin & volumus te comitari ad forum.*

*Te. Revertens faciam iter per macellum: nam procul adhuc absumus, & emam qua sum iussa, postquam reliquero vos in ludo.*

*Cir. Nos cupimus videre quanti emes cerasa.*

*Te. Numis senis emimus in libras singulas: sed quid ad te?*

*Cir.*

hombre es este Philopono? Como si yo le conociese. Por ventura hablas de aquel, que remienda zapatos junto à la taberna verde? U de aquel pregonero de la calle del Gigante, que tiene cavallos para alquilar?

*V.* Ya estoy defengañada, tú jamás sabes aquellas cosas, que son necessarias, fino las que para nada aprovechan: Philopono es aquel Maestro viejo, alto, corto de vista, enfrente la casa, que en otro tiempo habitamos.

*Te.* Ah, ya me acuerdo.

*V.* A la buelta passa por el mercado, y merca enfalada, y rabanos, y cerezas: toma la cesta.

*Cir.* Llevanos tambien à nosotros por la verdute. *Te.* Por aqui ireis mas presto. (leria.

*Cir.* No queremos ir por ai.

*Te.* Pues por que nõ?

*Cir.* Porque me mordió el perro de casa aquel panadero: y tambien te queremos acompañar al mercado.

*Te.* A la buelta passarè por el mercado: porque de aqui està muy lejos, y mercarè lo que me han mandado, despues de averos dejado en la Escuela.

*Cir.* Nosotros queremos ver por quanto mercaràs las cerezas.

*Te.* Las mercamos à seis dineros la libra: pero à ti que te importa?

*Cir.*

*Cir. Quis soror iussit me hodie manè sciscitari:  
& est illic vetula quadam oluscularia, de qua  
si emeris, scio eam & vendituram minoris  
quam alias, & daturam nobis vel cerasa ali-  
qua, vel thyrsum lactuce: nam filia ejus  
ministravit aliquando Matri, & sorori  
mea.*

*Te. Ne dispendium hoc via constet vobis flagris  
aliquot timeo.*

*Cir. Minimè verò, nam satis veniemus tempo-  
ri.*

*Te. Eamus, tantulum deambulabero, qua mi-  
sera consumor sedendo domi totos dies.*

*Præ. Quid faci? An tantum sedes otiosa?*

*Te. Otiosa verò? Minimè certè id quidem: neo,  
conглоbo, glomero, texto: putas vetulam no-  
stram passuram ut otier? Festos dies execratur,  
in quibus est cessandum.*

*Præ. Festi dies num non sunt sacri? Quomo-  
do ergo execratur illa rem sacram? Vult  
ne ipsa execrari quod est sacrum constitu-  
tum?*

*Te. Censeri me didicisse Geometriam, ut hac pos-  
sim vobis edisserere?*

*Cir. Quid rei est Geometria?*

*Te. Ego nescio: nos habebamus vicinam, qua vo-  
ca-*

*Cir. Porque mi hermana me ha mandado esta ma-  
ñana, q̄ preguntasse por quanto se vendian, y alli  
ay una vieja verdulera, de la qual si mercades, no  
solo sè que ella te las venderà por menos, que las  
otras, si que tambien nos darà, ò algunas cere-  
zas, ò algun troncho de lechuga: porque su hija  
algun tiempo firvió à mi Madre, y hermana.*

*Te. Temo no os cueste algunos azotes el haver  
rodeado tanto.*

*Cir. No nos costarà: porque llegaremòs à buen  
tiempo.*

*Te. Vamos, me passaré un poco, desdichada de  
mi, que me consumo de estar todo el dia fen-  
tada en casa.*

*Præ. Què haces? Por ventura estàs ociosa?*

*Te. Ociosa? Nada menos que esso: hilo, hago  
ovillos, devano, texto: piensas que mi vieja  
me permitirá que estè ociosa? Maldice los dias  
de fiesta, en los cuales no se debe trabajar.*

*Præ. Por ventura los dias de fiesta no son sagra-  
dos? Còmo, pues, ella maldice lo que es sa-  
grado? Por ventura quiere ella hacer que no  
sea sagrado lo que es sagrado?*

*Te. Por ventura juzgas que yo he aprendido Geo-  
metria, para que os puedas declarar estas cosas?*

*Cir. Què cosa es Geometria?*

*Te. Yo no lo sè: nosotros teniamos una vecina,  
que*

*cabatur Geometria: hac semper, vel erat ipsa in Templo cum Presbyteris, vel Presbyteri domi ejus cum illa: itaque erat, ut ferebant, sapientissima. Sed ventum est in forum olitorium, ubi est tandem vestra vetula?*

*Cir. Id ego circumspiciebam. Sed eme ab hac ea lege, ut aliquid det nobis corollarii. Heus amita, puella hac emet de te cerasa, si aliquid nobis donaveris.*

*Olu. Nihil mihi donatur, omnia venduntur.*

*Cir. Nec sordes iste donantur tibi, quas babes in manibus, & collo?*

*Olu. Nisi procul hinc abis, impudenticule, has sordes sentient gena tue.*

*Cir. Quomodo sentient mea gena, quum tu habes in tuis manibus?*

*Olu. Redde cerasa, furuncule.*

*Cir. Sumo exemplum: nam volo emere.*

*Olu. Eme igitur.*

*Cir. Si placuerint, quanti?*

*Olu. Numo libram.*

*Cir. Ab, acerba sunt: tu anus benefica, vendis hic populo cerasa strangulatoria.*

*Te. Abeamus hinc ad ludum: nam vos argutiis vestris intrincaretis me, & detineretis diu. Jam, ut puto, mea vetula furit domi, ob moram meam. Hoc est ostium, pulsate.*

que se llamava Geometria: èsta, ò siempre èstava en la Iglesia con los Sacerdotes, ò èstos en su casa con ella: y así era muy fabia, segun decian. Pero ya hemos llegado al mercado, en dõnde està finalmente vuestra vieja?

*Cir. Eßto estava yo mirando por todas partes. Pero merca de èsta, con tal, que añada para nosotros algunas. Tia, esta muchacha le mercarà cerezas, si nos diere algunas.*

*Ver. A mi no me dan cosa, todo se vende aqui.*

*Cir. Ni le dan essas fuciedades, que tiene en las manos, y cuello?*

*Ver. Si no te vãs de aqui, desvergonzadillo, probaràn estas fuciedades tus carrillos.*

*Cir. Cõmo las probaràn mis carrillos, teniendo las tũ en tus manos?*

*Ver. Buelve las cerezas, ladroncillo.*

*Cir. Esto es catarlas: porque quiero comprar.*

*Ver. Compra pues.*

*Cir. Si me agradaren, por quanto?*

*Ver. A dinero la libra.*

*Cir. Ah, son acedas: tũ vieja hechicera, vendes aqui al pueblo cerezas ahogaderas.*

*Te. Vamos de aqui à la Escuela: porque vosotros me enredarais con vuestras agudezas, y me detendrais aqui mucho. Ya mi vieja està hecha un Leon en casa segun juzzgo, por mi tardanza. Èsta la puerta, tocad.*

## LECTIO.

Præceptor, Lusius, Æschines, Pueri,  
Cota.

Præ. **C**Ape tabellam abecedariam manu sinistra, & radium hunc, quo índices singula elementa: sta rectus: pileum pone sub axilla: audi attentissimè, quemadmodum ego has litteras nominabo: spectâ diligenter, quo gestu oris. Vide ut eodem prorsum modo reddas, cum reposeam. Sis mecum: jam audisti. Sequere nunc me sigillatim præuntem. Tenes probè?

Lu. Videor mihi sic satis.

Præ. Unaquæque istarum vocatur littera: ex his quinque sunt vocales, A, E, I, O, U, que sunt in vocabulo Hispano oveja, que est ovis: memineris hujus verbi. Hæ cum una qualibet, vel pluribus aliarum, syllabam efficiunt: sine vocali non fit syllaba, & vocalis ipsa non raro est syllaba. Itaque aliæ omnes consonantes nominantur: quia per se nihil sonant, nisi adhibita vocali: habent enim sonum quandam imperfectum, & mancum, B, C, D, G, que

si-

## LA LECCION.

Maestro, Lusio, Eschines, Muchachos,  
Cota.

Ma. **T**Oma la cartilla en la mano siniestra, y este puntero, para señalar cada una de las letras: tente drecho: pon el sombrero al sobaco: oye con atención, como yo nombraré estas letras: mira con cuidado, como las pronuncio. Cuida decirlas despues quando te lo pida, del mismo modo que yo las digo. Atiendeme, ya lo has oido. Sigüeme agora à mi que voy delante diciendolas cada una de por si. Las has entendido bien.

Lu. Me parece que las he entendido lo bastante.

Ma. Cada una de éstas se llama letra: de éstas hay cinco vocales A, E, I, O, U, que están en el vocablo Español oveja; que en Latin se llama ovis: acordarâte de este nombre. Estas hacen silaba, con una, ò mas de las otras: sin vocal no se hace silaba, y la vocal sola muchas veces es silaba. Y asì todas las demás se llaman consonantes: porque no fueran, sino se les junta vocal: porque tienen un sonido imperfecto, y manco, B, C, D, G, que sin la E fueran poco. De las silabas tambien se forman

C

man



*sine E parum sonant. Jam ex syllabis fiunt voces, seu verba, ex his sermo, quo bellua omnes cavent: nec tu à bellua differres, ni probè sermonem discas. Evigila, & nava sedulam operam. Ito, sede cum tuis condiscipulis, & edisce que præscripsi.*

**Lu.** Non ludimus hodiè?

**Æf.** Non, nam dies est operarius. Ebo tu venisse huc arbitraris lusum? Non est hic ludendi locus, sed studendi.

**Lu.** Cur ergo ludus nominatur?

**Æf.** Nominatur quidem ludus, sed litterarius: quia litteris est hic ludendum, alibi pila, (a) trocho, talis: & græcè audiui appellari Scholam, quasi otium: quod verum sit otium, & animi quies, atatem in studiis agere.

*Sed ediscamus, que iniunxit institutor, summissio murmure, ne aliis alii sinus impedimento.*

**Lu.** Avunculus meus, qui aliquando dedit operam litteris Bononia, docuit me, melius memoria insigi, que velis, si altius pronunties: idque confirmari auctoritate nescio cuius Plinii.

**Æf.**

(a) Trochos, græcè, idest rota, à verbo *trocho*, idest, curro, citatu gradu feror, propeo. Vide Lex. Corncl. Schrev.

man voces, ò palabras: de éstas nace el hablar, que no tienen las bestias: y tú seràs una bestia, sino aprendes bien à hablar. Desvelate, y pon todo cuidado. Anda, sientate con tus condicipulos, y aprende la leccion que te he señalado.

**Lu.** No jugamos hoy?

**Æf.** No, porque es dia de trabajar. Ola tú juzgas que has venido aqui à jugar? No es este lugar de jugar, sino de estudiar.

**Lu.** Pues por què se llama juego?

**Æf.** En verdad se llama juego, pero de letras: porque aqui se ha de jugar con las letras, en otra parte à la pelota, à la (a) peonza, à la tava: y en Griego oí que se llamava *Schola* como descanso: porque es verdadero descanso, y quietud del animo, vivir estudiando.

Pero aprendamos la leccion, que nos ha señalado el Maestro, con voz baxa, para que no nos perturbemos unos à otros.

**Lu.** Un Tio mio, que estudiò algun tiempo en Bolonia, me enseñò, que se queda mejor en la memoria, lo que uno quiere, si lo pronuncia con voz alta: y que esso se confirma con autoridad no sè de que Plinio.

**C 2**

**Æf.**

(2) Trompico pequeño menor que la trompa. Con él juegan los niños.

*Æt. Si quis ita velit ediscere suas formulas, in hortos se cedat, aut in cœmeterium Templi: ibi clamet licet, quoad excitet mortuos.*

*Co. Pueri, boccine est ediscere? Garrere, iurgari: agite, convenite ad Præceptorem omnes, jussu ejus.*

**REDITUS DOMUM, ET LUSUS  
PUERILES.**

*Tulliolus, Corneliola, Scipio, Lentullus, Puella.*

*Cor. P* *Rospere redieris, Tulliols: libet paulisper lusitare?*

*Tu. Nondum, statim.*

*Cor. Quid habes negotii?*

*Tu. Recolere, qua Magister ut memoria commendarem, mandavit.*

*Cor. Quæ tandem?*

*Tu. Aspice.*

*Cor. Hui, quæ notæ sunt istæ? Credo esse formicas depictas: mea Mater, quot formicas, & culices adfert Tulliolus, pictos in tabella.*

*Tu. Tace insana, sunt litteræ.*

*Cor. Quæ vocatur hæc prima?*

*Tu. A.*

*Cor.*

*Es. Si alguno quiere aprender sus lecciones de esse modo, vayase à los huertos, ò al cœmeterio de la Iglesia: alli bien puede gritar hasta que despierte los muertos.*

*Co. Muchachos, esto es aprender? Parlar, mover pependencias: ea, venid todos, que así lo manda el Maestro.*

**LA BUELTA A CASA, Y LOS JUEGOS  
DE LOS NIÑOS.**

*Tuliolo, Corneliola, Scipion, Lentulo, Criada.*

*Cor. S* *Eas bien venido, Tuliolo: quieres jugar un poco?*

*Tu. No todavía, luego jugarèmos.*

*Cor. Què tienes que hacer?*

*Tu. Repassar lo que el Maestro me mandò decorasse.*

*Cor. Què te ha mandado?*

*Tu. Mira.*

*Cor. Huhu, què cifras, ò señales son essas? Creo que son hormigas pintadas: Madre mia, què de hormigas, y mosquitos trae Tuliolo pintados en la cartilla.*

*Tu. Calla loca, son letras.*

*Cor. Còmo se llama esta primera?*

*Tu. A.*

*Cor.*

- Cor. *Cur prima est magis A, quam hæc altera?*  
 Ma. *Cur tu es magis Corneliola, quam Tuliolus?*  
 Cor. *Quia sic vocor.*  
 Ma. *Et ille littere ad eundem modum. Sed ito jam lusum, mi fili.*  
 Tu. *Hic pono tabellam meam, & radium: si quis attigerit, vapulavit à Matre: nonne, mea matercula?*  
 Ma. *Etiam, mi fili.*  
 Tu. *Scipio, Lentule, adeste lusuri.*  
 Sci. *Quam lusionem?*  
 Tu. *Nucibus ludemus ad coniectum serobiculi.*  
 Le. *Non habeo nueces nisi paucas, & eas quasas, ac putres.*  
 Sci. *Ludamus putaminibus nucum.*  
 Tu. *Quid mihi ea proderunt, etiamsi lucrer viginti? Nullus est intus nucleus, quem edam.*  
 Sci. *Ego verò dum ludo, non comedo: si quid volo comedere, Matrem adeo. Ista nucum putamina sunt apta ad extruendas formicis adiculas.*  
 Le. *Ludamus par impar aciculis.*  
 Tu. *Adfer potius talos.*  
 Sci. *Adfer, Lentule.*  
 Le. *Ecce vobis tali.*

Tu.

- Cor. *Por què esta primera es A, y no esta otra?*  
 Ma. *Por què eres tù Corneliola, y no Tuliolo?*  
 Cor. *Porque así me llamo.*  
 Ma. *Pues lo mismo sucede en aquellas letras. Mas anda ya à jugar hijo mio.*  
 Tu. *Aquí dexo mi tablilla, y puntero: si alguno los tocàre, le azotarà mi Madre: no es así, Madre mia?*  
 Ma. *Si hijo mio.*  
 Tu. *Scipion, Lentulo, venid à jugar.*  
 Sci. *A què juego?*  
 Tu. *Jugaremos con nueces al hoyuelo.*  
 Le. *No tengo nueces sino unas pocas, y essas cascadas, y podridas.*  
 Sci. *Juguemos con cascaras de nueces.*  
 Tu. *Què me aprovecharàn aunque gane veinte? Dentro no hay meollo para comer.*  
 Sci. *Pues yo mientras juego no como: si quiero comer algo, voy à mi Madre. Essas cascaras de nueces son à proposito para hacer casfitas para las hormigas.*  
 Le. *Juguemos à pares, ò nones con alfileres.*  
 Tu. *Antes bien trae las (a) tavas.*  
 Sci. *Traelas, Lentulo.*  
 Le. *À las tienes.*

Tu.

(a) Llámase también carnicoles. Véase al Tes. de la Lengua Castellana.

Tu. *Quam sunt pulverulenti, & immundi, nec satis purgati à carne, & politi. Facias.*

Sci. *Pro primatu ludendi.*

Tu. *Ego sum primus: quid ludimus?*

Sci. *Astrigmenta.*

Le. *Ego nolo mea perdere: nam domi exderer à Pædagogo.*

Tu. *Quid vis ergo perdere, si vinceris?*

Le. *Talitra.*

Ma. *Quæ est ista humi abjectio? Deteritis vestes omnes, & calceos, tum loco immundissimo: quin verritis prius pavementum, & sedetis? Adfer scopas.*

Tu. *Quæ erit igitur sponsio?*

Sci. *Acicula in singula puncta.*

Tu. *Imò bine.*

Le. *Ego non habeo aciculas, deponam, si vultis, pedunculos verasorum pro aciculis.*

Tu. *Apaze, ludamus ego, & tu Scipion.*

Sci. *Ego ausim sorti meas aciculas credere.*

Tu. *Da mihi talos in manum, ut jaciám primus: en vici sponsionem.*

Sci. *Minimè verò, nam non ludebas seriò.*

Tu. *Quis unquam ludit seriò, ceu dicas album nigrum.*

Sci. *Cavillare quantum voles, non auferes modò aciculas.*

Tu.

Tu. *Que llenas estàn de polvo, y fucias, ni bastante descarnadas, ni pulidas. Echa tù.*

Sci. *Por quien ferà mano.*

Le. *Yo soy mano: què jugamos?*

Sci. *Las pretinas.*

Le. *Yo no quiero perder las mias: porque despues en casa me azotaria el Ayo.*

Tu. *Pues què quieres perder, si te gano?*

Le. *Papirotes.*

Ma. *Què haceis al echados en el suelo, muchos? Rompeis la ropa, y zapatos, y mas en un lugar tan fucio: por què no barreis primero el suelo, y os sentais? Trae la escoba.*

Tu. *Pues què apostarèmos?*

Sci. *Un alfiler por cada punto.*

Tu. *Antes bien dos.*

Le. *Yo no tengo alfileres, pondrè si quereis, pezoncillos de cerezas por alfileres.*

Tu. *Quita allà: juguemos yo, y tù Scipion.*

Sci. *Yo aventuro mis alfileres.*

Tu. *Dame las tabas para jugar primero: ves, yo he ganado la apuesta.*

Sci. *No por cierto, porque no jugavas de veras.*

Tu. *Quien jamàs juega de veras, como si dixeras que lo blanco es negro.*

Sci. *Burlate quanto quisières, no te llevaràs esta vez los alfileres.*

Tu.

Tu. *Age, remitto tibi hanc manum, ludamus jam pro premio, adsit dextera fors.*

Sci. *Victus es.*

Tu. *Aserto.*

Le. *Cedo talor.*

Tu. *In hunc jaetum omnia.*

Le. *Non recuso.*

Pue. *Ad coenam, pueri, nunquamne facturi estis ludendi finem?*

Tu. *Nunc incipimus, ista jam de sine loquitur.*

Cor. *Ludi hujus jam tædet, ludamus calculis discoloribus.*

Tu. *Pinge tu nobis orbis in hoc latere, carbone, aut gypso.*

Sci. *Ego malo coenare, quam ludere, & discedo, aciculis meis omnibus exutus fraude vestra.*

Tu. *Memineris te heri Cethegum spoliasse.*  
*Nullus ubique potest foelici ludere dextra.*

Cor. *Adfer queso folia lusoria, qua invenies sub abaco ad sinistram.*

Sci. *Alias id quidem, nunc non vacat: nam si diutius morer, timeo ne Pedagogus meus iratus incenem me mittat cubitum. Tu Cornelio-la, habe nobis parata folia isthac in crastinum sub boram vesp-ram.*

Cor.

Tu. *Ea, yo te perdono esta mano, juguemos ya por el premio, valgame la fortuna.*

Sci. *Yo he ganado.*

Tu. *Toma pues lo que havias apostado.*

Le. *Dame las tavas.*

Tu. *Va el resto.*

Le. *Quiero.*

Cri. *Muchachos, venid à cenar, nunca haveis de acabar de jugar?*

Tu. *Aora empezamos, esta ya dice què acabemos.*

Cor. *Este juego ya me enfada, juguemos al Alquerque.*

Tu. *Rayanos este ladrillo, con carbon, ò lapiz, para jugar.*

Sci. *Mas quiero yo cenar, que jugar, y me voy aora sin alfileres con vuestras trampas.*

Tu. *Acuerdate que ayer tù se los ganaste à Cethego. No siempre, y en todas partes tendràs fortuna en el juego.*

Cor. *Trae por tu vida los naypes, que hallaràs encima el aparador à la mano izquierda.*

Sci. *En verdad esso ferà bueno para otra ocasion, aora no hay tiempo: porque si me detengo mas, temo no sea que mi Ayo enojado me embie à dormir sin cenar. Tu, Cornelio-la, cuyda de tenernos prevenidos los naypes para mañana por la tarde.*

Cor.

Cor. *Si licebit nobis per Matrem: satius esset nunc ludere, dum finimur.*

Sci. *Satius est nunc cœnare, dum accersimur.*

Pue. *Et mihi nihil datis, que spectavi?*

Cor. *Daremus, si judicassetis, da nobis potius, que nostris lusionibus te delectasti.*

Pue. *Hec pueri, quando estis venturi? Cœna est semicomessa: prope est, ut sublati carnibus, apponamus caseum, & poma.*

## REFECTIO SCHOLASTICA.

*Nepotulus, Piso, Magister, Hypodidascalus.*

Ne. *V* *loitisne hic lautè? (a)*

Pi. *Quid isthuc verbi est, an lavamur? Quotidie manus, ac faciem, & quidem crebrò: mundities enim corporis, & sanitati & ingenio confert.*

Ne. *Non id quero: sed an edatis, & bibatis ex animi vestri sententia.*

Pi. *Nos non edimus ex animi sententia, sed ex pa-*

(a) Animadvertat Lector, & diligenter perpendat quam faceret Vives noster ludat in vocibus, lautè, & lavamur. Et paucis interjectis, in illis ex animi sententia, & ex palati sententia,

Cor. *Si nos lo permitit la Madre: mas valia jugar aora, que nos lo permite.*

Sci. *Mas vale aora cenar, quando nos llaman.*

Cri. *Y no me dais algo de barato à mi que he hecho el miron.*

Cor. *Te dariamos si huvieffes fido arbitra en el juego; antes bien danos à nosotros tu, que te has divertido con nuestros juegos.*

Cri. *Ola, muchachos, quando haveis de venir? La cena ya està à la mitad: ya falta poco para facar los postres.*

## LA COMIDA ESTUDIANTINA.

*Nepotulo, Pison, Maestro, Repetidor.*

Ne. *V* *ivis por ventura aqui esplendidamente?*

Pi. *Què dices, por ventura preguntas si nos lavamos? Cada dia las manos, y la cara, y muy à menudo: porque la limpieza del cuerpo, conviene para la salud, y para el entendimiento.*

Ne. *No pregunto esso, sino si comeis, y bebeis à gusto de vuestro animo.*

Pi. *Nosotros no comemos à gusto del animo,*

*palati sententia.*

*Ne. Dico, an ut vultis?*

*Pi. Maxime, nempe cum fame, & qui vult, edit, qui non vult, abstinet.*

*Ne. Surgitis à mensa famelici?*

*Pi. Non omninò saturi, nec expedit, belluarum est eniù expleri, non hominum. Regem quendam sapientissimum narrant nunquam sine appetitu accubuisse, nunquam surrexisse saturum.*

*Ne. Quid editis?*

*Pi. Quae habemus.*

*Ne. Putabam vos esse, quae non habebatis. Sed quae sunt ista tandem, quae habetis?*

*Pi. Molestum percontatorem, quae dantur.*

*Ne. At, quae dantur?*

*Pi. Jentamus de manè sesquibora posteaquam surreximus.*

*Ne. Quando surgitis?*

*Pi. Ferè cum Sole, qui est dux Musarum, & aurora gratissima Musis. Silatum nostrum est frustum panis autopyri: & paululum butyri, aut fructuum aliquid, quales anni tempus suppeditat. Prandium, olus coctivum; vel pultes in pultariis, aliquid pulmentarii*

fino à guslo del paladar.

*Ne. Yo pregunto, si comeis, como, y quanto quereis?*

*Pi. Muchissimo, es à saber con hambre, y el que quiere come, el que no quiere lo dexa.*

*Ne. Os levantais de la mesa hambrientos?*

*Pi. No del todo hartos, ni conviene: porque el hartarse es de bestias, no de racionales. Cuentan que cierto Rey (a) muy sabio jamás se sentò à la mesa sin apetito, y que jamás se levantò de ella harto.*

*Ne. Què comeis?*

*Pi. Lo que tenemos.*

*Ne. Juzgava que comiais lo que no teniais. Pero finalmente, què cosas son essas que teneis?*

*Pi. O molesto preguntador, aquellas cosas que*

*Ne. Mas què os dan? (nos dan.*

*Pi. Despues de havernos levantado hora y media, almorzamos.*

*Ne. Quando os levantais?*

*Pi. De ordinario al salir el Sol, que es el capitán de las Musas, y el Alva muy agradable para las humanas letras. Nuestro almuerzo es un pedazo de pan de harina sin cerner, y un poco de manteca, ò algunas frutas del tiempo. A medio dia comemos algunas yervas bien cocidas,*

*carnium. Rapa modò, modò brassicæ, (a) amy-  
lum, similago, oriza: tum diebus pisculentis  
lac serosum in gabatis, è quo fit butyrum expres-  
sum, injectis aliquot turundis panis: piscis  
recens aliquis, si sit in foro piscario pretii to-  
lerabilis, sin secus, salsamentum probè ma-  
ceratum, hinc pisa, aut cicera, aut lentes,  
aut fabæ, aut lupini.*

*Ne. Quantum cuique ex his?*

*Pi. Panis quantum avemus, obsoniorum quan-  
tum est satis, non ad explendum, sed ad  
alendum. Amplissimas epulas alibi quarito,  
non in Schola, ubi ad virtutem formantur  
animi.*

*Ne. Quid bibitis?*

*Pi. Alii frigidam, & liquidam, alii cervisiant  
tenuen: pauci & rarò vinum, & benè dilutum.  
Merenda est, seu (si id mavis) antecœnium,  
aliquid panis, & amygdalarum, seu avellana-  
rum, ficorum aridarum, uvarum passarum:  
aut si sit æstas, pyrorum, aut malorum,  
cerasorum, aut prunorum: quum verò ani-  
mi*

(a) *Amylum, sive amydam, utrumque igitur idem  
est, quamquam magis propriè amyllum, ab A, & My-  
los, quasi sine mola. Conficitur enim ex tritico, non  
mola, sed in aqua per aliquot dies macerato, & latè ex-  
presso, quod flagranti Sole exiccatur. Vulgò Amidon.*

ò una escudilla de gachas, ò algun poco de  
carne. Unas veces nabos, otras veces verzas, al-  
midon, semola, arroz: tambien en los dias de  
pescado una escudilla de suero, del qual se ha-  
ce la manteca, con unas sopas: ò algun poco  
pescado fresco, si es que se halla en la pescade-  
ria barato: pero si no se halla, comemos pesca-  
do salado bien remojado, despues avergas, ò  
garvanzos, ò lentejas, ò habas, ò altramuces.

*Nr. Quànto os dàn à cada uno de essas cosas?*

*Pi. Pan quanto queremos, de las viandas quan-  
to basta, no para hartar, sino para alimentar.  
Buscad comidas regaladas en otra parte, no  
en la Escuela, en donde se instruyen los ani-  
mos à la virtud.*

*Nr. Què beveis?*

*Pi. Unos agua fresca, y clara, otros cerveza flo-  
ja: pocos, y raras veces vino, y bien aguado.  
La merienda, ò (si quieres mas llamarla ante-  
cena) se reduce à un poco de pan, y algunas  
almendras, ò avellanas, higos secos, passas: ò  
si es en el verano, peras, ò manzanas, cerezas,  
ò ciruelas: pero quando vamos à la granja à*



*mi gratia rus proficiscimur, tum edimus lac liquidum, vel coactum, caseum recentem, cremorem, lupinos lixivio maceratos, pampinos, & alia quae villa suggerit. Cæna caput est, acetarium concisum, sale aspersum, irroratum oleo olivarum ex gutto, aceto etiam infuso.*

*Ne. Quid? Oleo nucum, aut raparum?*

*Pi. Apage rem insuavem, & insalubrem: tum in lata poropside aulicoetia vervecina, insulenta cum prunis passis, aut radiculis, aut herbulis, quæ sint pro iurrito, interdum tucetum, saporis scitissimi.*

*Ne. Quo condimento?*

*Pi. Fame, omnium optimo, & sapidissimo; bine certis diebus hebdomadis aliquid asit, potissimum vitulina, bædina interdum: in vere, pro secunda mensa raphani perpusillum, & casei, non putris, nec veteris, sed recentis, qui est quam vetus alibilior: pyra, mala persica, cydonia. Diebus quiete carne fas non est vesci, habemus pro carnibus ova asfa, aat frixa, aut elixa, singula per se, aut in libum commista in sartagine, aceto, aut omphacis, non tam infuso, quam in-*

*stil-*

*divertirnos, entóces comemos leche, ò liquida, ò quajada, queso fresco, leche de grano, altramuces remojados con lexia, pampanos de vides, y otras cosas, que nos dà la granja. La cena se concluye, con ensalada bien menuda, con un poco de sal, y aceyte de olivas de la alcuza con un poco tambien de vinagre.*

*Ne. Què? Con aceyte de nueces, ò nabos?*

*Pi. Quita allà cosa tan desabrida, y no saludable: tambien comemos carne de carnero en un plato grande, cocida en la olla con caldo, con algunas ciruelas secas, ò raicillas, ò hiervecitas que nos firvan de almodrote, algunas veces comemos salchicha, que sabe muy bien.*

*Ne. Con què salsa?*

*Pi. Con hambre, que es la mejor salsa, y la que sabe mejor: à mas de lo dicho en ciertos dias de la semana comemos alguna poca carne asfada, en especial de ternera, algunas veces de cabrito: en el verano por postres un pedacito de rabano, y queso no podrido, ni rancio, sino fresco, que es de mas sustento que el rancio: peras, priscos, membrillos. En los dias que se prohibe comer carne, tenemos en lugar de carne huevos cocidos al rescoldo, fritos, ò estrellados, ò passados por agua, cada uno de por sí, ò en tortilla en la sartén, con un poco vi-*

*D 2*

*na-*

*stillato: paululum interdum piscium, & caseo succedunt nuces.*

*Ne. Quantum cuique?*

*Pi. Bina ova singulis & bina nuces.*

*Ne. Quid? A cœna nunquamne comessamini?*

*Pi. Sæpius.*

*Ne. Quid queso? Nam id est suavissimum.*

*Pi. Convivium Syri apud Terentium, aut aliquid aliud ex illis lautissimis Athenæi, aut similibus, quorum meminerunt historia. Utrum censes nos porcos esse, an homines? Qui ventriculi, quæ valetudo sufficeret, post quaternas refectiões comessari? Hæc tu, Schola hæc est, non saginarium. Dicunt etiam nihil esse perniciosius valetudini, quàm bibere, cum statim sis iturus cubitum.*

*Ne. Licebitne cœna vestra interesse?*

*Pi. Facile, modò venia petita à Præceptore, quum scio illum daturum non gravatè: nam solet. Alioqui prava esset educationis,ingere te convivio Magistro inscio: & qui te adduceret, nihil aliud quam probrum, & pudorem contraberet apud condiscipulos: mane paulisper. Magister, licebitne cum bona tua*

*nagre, ò agràz: algunas veces un poco peçcado, y despues del queso nueces.*

*Ne. Y quanto os dån à cada uno?*

*Pi. Un par de huevos, y otro de nueces.*

*Ne. Què? despues de cenar nunca comeis otra vez?*

*Pi. Muchas veces.*

*Ne. Dime por tu vida, què es lo que comeis? Porque esso es cosa muy gustosa.*

*Pi. El combite de Syro, que refiere Terencio, ò algun otro de aquellos muy sumptuosos de Atheneo, ò otros semejantes, que refieren las historias. Por ventura juzgas que nosotros somos puerços, ò hombres? Què estomagos, què robustèz podria comilonear, despues de quatro comidas? Oyes tù, esta es Escuela, no lugar de engordar. Tambien dicen, que no hay cosa mas dañosa para la salud, que beber un poco antes de acostarse.*

*Ne. Se me permitirá cenar con vosotros?*

*Pi. Facil cosa serà, con tal que se pida licencia al Maestro, la que sè yo concederà con gusto, porque lo acostumbra. De otra suerte seria mala crianza, introducirte en el combite sin saberlo el Maestro; y el que te traeria alli, quedaria corrido, y afrentado delante sus condiscipulos: esperate un poco. Señor Maestro, podrà con*

*venja, puerum quendam mihi notum adhibere nostra cœna?*

*Pr. Maximè, non erit molestus.*

*Pi. Habeo gratiam. Hic quem vides gestantem mantile pro focali, est Archibitriclinus hujus hebdomada. Nam hebdomadarios habemus hic Archibitriclinos, ut Reges.*

*Ar. Lamia, quòta est hora?*

*La. Horam non audivi à tertia, intentus compositioni epistole. Florus melius id norit, qui toto hoc pomeridiano tempore librum non vidit, neque chartam.*

*Fl. Amicum testimonium, & apud Magistrum iratum valdè utile. Sed qui potuisti tu id animadvertere, immersus (ut ais) compositioni epistolari? Planè malevolentia te coegit mentiri. Gaudeo professò, inimicum meum pro mendaci haberi. Si quid me posthac voluerit calumniari, carebit fide.*

*Ar. Non potero alicunde cognoscere de hora? Antrax, transcurrè ad Divi Petri, & inspicere horas.*

*An. In lex signat iam sextam.*

*Ar. Sextam verò? Eja pueri agite, eja consur-*

fu licencia, cenar con nosotros un muchacho conocido mio?

*Ma. Muy en hora buena, no me darà pena.*

*Pi. Estimo el favor. Ves à èste que lleva del cuello colgada la servilleta, es Refitolero de esta semana. Porque aqui tenemos cada semana Refitoleros, como los Reyes Maestresala.*

*Re. Lamia, què hora es?*

*La. Ninguna hora he oido despues que han dado las tres, ocupado en componer la epistola. E esso mejor lo dirà Floro, que en toda la tarde ha mirado el libro, ni una hoja.*

*Fl. Buen testigo, y muy del caso, para con el Maestro enojado. Pero còmo pudiste tũ ver esso, estando todo ocupado en componer la epistola, como dices? En verdad te hizo mentir la mala voluntad, que me tienes. Mucho me alegre, que mi contrario sea tenido por mentiroso. Si de aqui en adelante me quisierè achacar algo, no le creeràn.*

*† Re. Què ninguno me dirà que hora es? Antrax, vè à toda prisa à la Iglesia de San Pedro, y mira què hora es.*

*An. El relox ya señala las seis.*

*Re. Las seis ya? Ea muchachos daos prisa, ea le-*

*furgite, abjicite libros, vel (a) quò cervi cornua: parate mensas, infornite, apponite sedilia, mantilia, orbes, quadras, panem: dicto citius volate, ne tarditati nostrae institutor succenseat. Prome tu cervisiam, tu hauri aquam de cisterna, appone scyphos: quid isthuc rei est? Tam obnubilatos adfers? Refer in culinam, ut famula eos fricet, & extergat probè, quò sint nitidi, & fulgentes.*

*Pi. Nunquam tu hoc perfeceris, quandiu simiam hanc habebimus ministram culinariam: nunquam audet fortiter confricare, quæ mundat, ita timet suis digitis: nec abluit, nisi semel, & tepida.*

*Ar. Quin admones de eo Præceptorem?*

*Pi. Satius est queri apud famulam atriensem: nam in ejus manu est, mutare famulas culinarias. Sed eccum Præceptorem. Tu ipse perluito hos calices, frica folio fici, vel urtica, arena, aqua, ne quid hodie habeat Magister jure reprehendendum.*

*Ma. Sunt parata omnia? Est aliquid quod nos remoretur?*

*Ar. Nihil omnino.*

*Ma.*

(a) Id est, ubi nusquam inveniuntur. Cervi enim quotannis cornua deposituri loca in via, & inaccessa quæ sunt, quo inventu sint difficiliora. Proverbial, dictum.

*vantaos, echad los libros adonde no parezcan mas: apercebid las mesas, poned manteles, aprestad fillas, poned servilletas, tajadores, pan: y esto dicho, y hecho, para que no se enoje el Maestro por nuestra tardanza. Saca tû la cerveza, tû faca agua del pozo, faca los vasos: què es esso? Tan empañados los traes? Buelvelos à la cocina, para que la criada los fregue, y limpie bien, para que estèn limpios, y resplandecientes.*

*Pi. Jamàs lo recabaràs tû esto, mientras que tendrèmos por criada de cocina esta mona: nunca se atreve à fregar fuertemente las cosas que limpia, de tal modo guarda los dedos: ni lava, sino una vez, y con agua tibia.*

*Re. Por què no lo dices al Maestro?*

*Pi. Mejor feria quexarnos à la portera: porque en su mano està, mudar las criadas de cocina. Pero vè alli al Maestro. Tû mismo lava estos vasos, fregalos con hojas de higuera, ù de ortiga, con arena, con agua, para que el Maestro no tenga hoy que reprender con fundamento.*

*Ma. Està todo apercebido? Hay algo que nos detenga?*

*Re. Nada en verdad.*

*Ma.*

*M. Ne postea facturi simus intervala magna inter (a) missus.*

*Ar. Missus verò? Missum potius dixeris, & eum exiguum.*

*Ma. Quid tu misistis?*

*Ar. Dico, ut absideas esse tempus, & propemodum corrumpi cœnam.*

*Ma. Pueri, abluite omnes manus, & os. Vah, quod mantile? Qui hic se extergunt, ubi mundantur? Curre, adfer aliud purius. Sedeamus more solito. Est bis puer conviva noster?*

*Pi. Est here.*

*Ma. Cuias est?*

*Pi. Flander.*

*Ma. Ex qua Urbe illius Provincia?*

*Pi. Brugensis.*

*Ma. Recipe illum supra te. Expediat quisque cullum suum, & purget quisque suum panem, si quid haret vel cineris, vel carbonum in crusta: sacret mensam, cujus est munus hac hebdomade.*

*Fl. Pasce animos nostros Christs charitate tua, qui benignitate tua, aliis vitas omnium animantium:*

(a) Id est, inter ferculorum immisiones: dicitur enim missus, vel ludorum, vel ciborum, quoties aliis peractis, aut dimissis alii succedunt, immissio.

*Ma. No hayamos de hacer pausa despues entre los platos.*

*Re. Platos? Mejor diria plato, y esse escafo.*

*Ma. Què dices entre dientes?*

*Re. Digo, que es tiempo que os senteis, y que casi la cena se passa de punto.*

*Ma. Muchachos, lavaos las manos, y la cara. Ha, què toalla es esta? Los que aqui se enjugan, en donde se limpian? Anda presto, trae otra mas limpia. Sentemonos como acostumbra- mos. Aquel muchacho es nuestro combidado?*

*Pi. Si Señor.*

*Ma. De dònde es?*

*Pi. De Flandes.*

*Ma. De què Ciudad de aquella Provincia?*

*Pi. De Bruxes. (a)*

*Ma. Ponle à tu mano derecha. Saque cada uno su cuchillo, y limpie cada uno su pan, si es que hay pegado à la crosta algun poco de ceniza, ò carbon: bendiga la mesa aquel à quien le toca esta semana.*

*Fl. O Christo, apacienta nuestros espiritus con tu caridad, tù que mantienes con tu benignidad,*

to-

(a) Ciudad de Flandes. Hizola Obispal Paulo IV. En el Arxobispado Mechliniense.

*tium : sancta sint Domine hæc tua munera nobis sumentibus , ut tu , qui ea largiris , Sanctus es. Amen.*

*Ma. Sedete , quantum licet , laxè , ne comprimatis mutuo : quandoquidem satis est loci. Et tu habes cultellum , Brugensis ?*

*Pi. Prodigium , Flander sine cultello : & quidem Brugensis , ubi cuduntur optimi.*

*Ne. Mihi vero cultello non est opus , dentibus frangam mordendo , vel digitis buccellatim comminuum.*

*Hy. Ferunt illud de morsibus tum gingivis , tum candori dentium esse perutile.*

*Ma. Ubi fecisti Latina Linguae tyrocinium ? Nam non videris mihi pravè institutus ?*

*Ne. Brugis sub Joanne Theodoro Nervio.*

*Ma. Viro diligenti , docto , & probò. Bruge elegantissima : nisi quod pereunt in dies vitio plebis profusissima , dolendum est : quàm pridem illinc venisti ?*

*Ne. Nudius sextus.*

*Ma. Quàm nuper cœpisti studere ?*

*Ne. Abhinc annos tres.*

*Ma. Non potest te profecto pœnitere.*

*Na.*

todo viviente: benditos, y fantos sean Señor estos tus dones para nosotros que los recibimos de vuestra mano, así como eres Santo tú que los das. Así sea.

*Ma.* Sétaos apartados unos de otros, quãto podais, para que no esteis apretados: supuesto que hay bastante lugar. Y tú Brugense, tienes cuchillo?

*Pi.* Milagro, Flamenco sin cuchillo: y mas Brugense, en donde se fabrican los mejores.

*Ne.* Mas yo no he menester cuchillo, con los dientes le cortarè à bocados, ò con los dedos le harè pedacitos.

*Rep.* Dicen que aquello de cortar el pan à bocados es muy provechoso para las encias, y para conservar los dientes blancos.

*Ma.* En donde has aprendido los rudimentos de la Gramatica? Porque me parece que no has aprovechado mal el tiempo. (Nervio.)

*Ne.* En Bruxes en la Escuela de Juan Theodoro

*Ma.* Hombre cuidadoso, docto, y virtuoso. Bruxes es Ciudad muy linda: pero es cosa sensible que de cada dia se pierde, y acaba por ser su plebe prodiga: quanto ha que veniste de allá?

*Ne.* Seis dias ha.

*Ma.* Quanto ha que empezaste à estudiar?

*Ne.* Tres años ha.

*Ma.* No tienes que arrepentirte de lo que has aprovechado.

*Ne.*

Ne. Meritò: nam & habui Magistrum non poenitendum.

Ma. Sed quid agit Vives noster?

Ne. Dicunt eum agere atletam, non tamen athleticè.

Ma. Quid isthuc rei est?

Ne. Quia luctatur semper, sed parum fortiter.

Ma. Cum quo?

Ne. Cum suo morbo (a) articulari.

Ma. O luctatorem dolosum, qui primum omnium invadit pedes.

Hy. Inò lictorem seivum, qui totum corpus constringit. Sed tu quid agis? Quid cessas? Videris huc spectatum venisse non cœnatum. Nemo vestrum attingat pileum inter cœnandum, ne quis capillus inolet in patinas: cur non trahatis hospitem comiter?

Ma. Nepotule, præbibo tibi.

Ne. Præceptor, excipio animo libentissimo.

Hy. Exinianas c. licem tuum, quandoquidem exiguus haustus restat.

Ne. Hoc esset mihi novum.

Ma.

(a) Hoc morbo interiit ætat. suæ 48. ut est in epist. Joannis Oporini præfixa libris de Verit. Fidei.

Ne. Con razon: porque tuve un Maestro de quien no me pesa.

Ma. Mas que hace nuestro Vives?

Ne. Dicen que lucha, pero no afuer de buen luchador.

Ma. Cómo así?

Ne. Porque siempre lucha, pero con poco valor

Ma. Con quien?

Ne. Con su mal de gota.

Ma. O luchador traidor, que primero tira à los pies.

Re. Antes bien verdugo cruel, que aprisiona todo el cuerpo. Mas tú qué haces? Porque no comes? Parece que has venido aquí à mirar, no à cenar. Ninguno de vosotros toque el sombrero mientras dura la cena, para que no cayga algun cabello en los platos: por qué no tratáis al huésped con cortesía?

Ma. Nepotulo, à tu salud.

Ne. Señor Maestro, recibo el favor con mucho gusto.

Rep. No dexes gota en el vaso, ya que queda un leve sorbo.

Ne. Eso sería para mí cosa nueva.

Ma.

*Ma. Quid? Non exinanire? Sed mi (a) Hypodidascalē quid dicis, quid adfers nobi super cœnam?*

*Hy. Ego verò nihil dico: sed hisce duabus horis multa cogitavi de arte Grammatica.*

*Ma. Quæ tandem?*

*Hy. Recondita sanè, & ex penetrabilibus disciplina. Primùm cur Grammatici posuerunt tria genera in arte, quum sint tantum duo in natura? Aut cur natura non producit res neutrius generis, sicut masculini, & fœmenini? Non possum causam exculpere tanti mysterii. Deinde Philosophi dicunt esse tantum tria tempora, ars nostra ponit quinque: ergo ars nostra est extra rerum naturam.*

*Ma. Imò tu ipse es extra rerum naturam: nam ars in rerum natura est.*

*Hy. Si ego sum extra rerum naturam: quomodo possum comedere hunc panem, & has carnes, quæ sunt in rerum natura?*

*Ma.*

(a) A didasco, verbo græco, idest, doceo. Inde Didascalos, u, idest, qui docet, hoc est Magister. Hypodidascalos, sub Magister, qui sub alio docet, ab ypo præp. græc. idest sub, & didasco, doceo. Sic dicimus Subdiaconus, &c.

*Ma. Què? no agotarle? Mas tu, mi Repetidor, què dices, no traes algo de nuevo sobre mesa?*

*Rep. A mi en verdad no se me ofrece cosa: pero en estas dos horas discurri muchas cosas de la Gramatica.*

*Ma. Què cosas son estas?*

*Rep. En verdad son arduas, difciles, è intimas de la enseñanza de esse arte. Primeramente por què los Gramaticos pusieron tres generos en el arte, siendo tan solamente dos en la naturaleza? O por què la naturaleza no cria cosas del genero neutro, afsi como las cria del genero masculino, y femenino? No puedo sondar, ni alcanzar la causa de tan grande misterio. Ademàs de esso los Filofosos dicen, que solamente hay tres tiempos, nuestro arte trae cinco: luego nuestro arte està fuera la naturaleza de las cosas.*

*Ma. Antes bien tù estàs fuera la naturaleza de ellas, porque el arte en la naturaleza de las cosas comprendido està.*

*Rep. Si yo estoy fuera la naturaleza de las cosas, cómo puedo comer este pan, y estas carnes, que estàn en la naturaleza de ellas?*



*Ma.* Tanto tu deterior, qui venis ab altera rerum natura, ut comedas, quæ sunt in hac nostra.

*Hy.* Paraphthegma aprofionyson: aliam ego valem solutionem mearum questionum. Utinam haberemus nunc Palemonem aliquem, aut Varronem, qui has questiones posset profligare.

*Ma.* Quin potius Aristotelem, aut Platonem? Habes aliquid aliud?

*Hy.* Heri vidi scelus capitale admitti. Ludimagister vici recti capro olidior, qui in (a) pbrontisterio suo in pedore, & fætere docet auditores diobolarios, ter, aut quater pronuntiavit volucres accentu in penultima: ego verò miratus sum terram illi non debiscere.

*Ma.* Quid aliud decebat talem Ludimagistrum dicere? Et est aliqui in formulis Grammaticis valde detritus. Sed tu in re levi nimium tumultuaris, & facis tragædiam ex comædia, seu mimo verius.

*Hy.* Equidem absolvi pensum meum: nunc tue sunt partes, dic tu vicissim aliquid inter cænam.

*Ma.*

(a) A pbrontisso græcè, quod est studeo, curo, meditor; inde pbrontisterium, Schola, & quasi curarum, & exercitationum domus.

*Ma.* Tanto peor eres tú, que vienes de otra naturaleza, à comer estas cosas, que están en esta nuestra naturaleza.

*Re.* Respuesta es ésta que no viene al caso, otra solución quisiera yo de mis cuestiones. Ojalá tuviésemos agora à Palemon, ò à Varron, que pudieffe dar solución à estas cuestiones.

*Ma.* Por què antes bien no à Aristoteles, ò à Platon? Tienes otra cosa que decir?

*Rep.* Ayer ví cometer una maldad digna de muerte. El Maestro de la calle derecha mas hediondo que un cabramacho, que enseña en su Escuela hecho un asco à un discipulos de tres à la blanca, (a) tres ò quatro veces pronunciò este nombre volucres poniendo el acento en la ù: mas yo me admirè que la tierra no se le tragasse.

*Ma.* Què otra cosa convenia que dixesse tal sujeto? Y ademàs de esso no sabe las reglas de la Gramatica. Pero tú en una cosa leve te inquietas mucho, y haces de comedia tragedia, ò por mejor decir de entremès.

*Rep.* Yo en verdad ya he concluido mi tarea: agora à ti te toca, di algo tú alternando mientras cenamos.

*E 2*

*Ma.*

(a) Es proverbio, que trae Covarruvias en su Tesoro.

*Ma. Nolo, ne tu mihi vicissim Paraphthengis. Jussulenta hæc jam congeliant: adfer foculum mensarium, excalfacite aliquantum, priusquam panem intingat. Raphanus hic non est esui, adeò est lentus: nec minus sunt radice in jussulenta.*

*Hy. Lentorem profecto non à macello attulerunt, sed hic contraxerunt in nostro pœnore, qua cella nihil est pœnui incommo- dius.*

*Nescio quid isthuc rei est, semper adferuntur huc ossa emedullata.*

*Ma. Parum habent ossa medullarum sub Lunam silentem.*

*Hy. Quid quum est plena?*

*Ma. Plurimum.*

*Hy. Tum verò ossa nostra habent minimum, seu nihil verius.*

*Ma. Non exorbitet nobis medullas Luna, sed nostra Lamia, nimis hic incidit piperis, & gingeris: & in jure hoc, & toto acetario, nimium menthae, petroselini, salvia, eruca, nasturtii, hyssopi: nihil puerorum, & adolescentum corporibus aequè damnosum, ut cibi, qui interiora fervesciunt.*

*Ar. Quibus igitur ex herbis velles confici?*

*Ma.*

*Ma. No quiero, porque no me respondas fuera de proposito como yo hice. Este guisado ya se enfria: trae el braferito de mesa, calentadle algun poco, antes que mojeis el pan. Este rabano no està para comer, tan flexible, correoso, y humedo està, y casi tambien lo està las raicillas del potage.*

*Rep. En verdad esso no lo han traído del mercado, sino que aqui lo tomaron en nuestra dispensa, por ser una pieza nada à proposito para el caso.*

*No sè que es la causa, que aqui siempre nos traen los huesos sin tuetano.*

*Ma. Poco tuetano tienen los huesos en el men- guante de la Luna.*

*Rep. Y quando està en el lleno?*

*Ma. Mucho.*

*Rep. Mas entonces nuestros huesos tienen poco tuetano, ò por mejor decir nada.*

*Ma. No nos chupa la Luna los tuetanos, sino nuestra Lamia, que ha echado aqui demasiada pimienta, y gengibre: y en este caldo, y toda la ensalada, demasiada yerba buena, peregil, salvia, oruga, mastuerzo, hisopo: no hay cosa mas dañosa en verdad para los niños, y mancebos, como las comidas que abrafan las entrañas.*

*Re. Pues de què yervas querias que se compusiese?*

*Ma.*

Ma. *Laëtiis*, (a) *bluglossi bortenfi*, & *portulaca*, & *petroselini* aliquid admisceri. Heus tu *Gingolfe*, ne extergas labia manu, aut manica, sed simul ipsa, simul manum mantili: nam ideo tibi datur. Carnes ne attingas, nisi ab ea parte, qua tibi est sumpturus. Tu *Dromo*, non animadvertis te manicas tuas inspicere pingui carniū? Reduc eas, si sunt aperta, ad humeros: si non sunt, corruga, vel complica ad cubitum, que si relabuntur, affige acicula, seu quod magis te decet, spina. Tu dominaster delicatule, in mensam incumbis? Ubi id didicisti? In hara quapiam; heus, subijcite ejus cubito pulvillum. *Architricline*, vide ne analecta hæc pereant, reconde in *promptuarium*: tolle primum omnium salinum, hinc panem, tum lances, discos, mantilia, postremo mappam, mundet quisque suum cultellum, & reponat in vaginam. Heus tu *Cinciolo*, ne scalpas dentes scalpello, nam est noxium: conficito tibi *dentiscalpium pennula*, vel bacillo tenui acuminato: & scalpe modicè, ne gingivas scarifices, & sanguinem elicias. *Consurgite*, & abluite manus, priusquam recitetur gratia-

(a) Id est, borragine: nam alteram sylvestrem Hispanis bovis linguam appellamus.

Ma. De lechugas, borrajas, verdolagas, y que se mezcle alli un poco de peregil. Oyes tu *Gingolfo*, no limpie los labios con la mano, ò con la manga, si los labios, y mano con la servilleta: porque para esso te la dån. No toques la carne fino de aquella parte que has de tomar para ti. Tu *Dromo*, no reparas que te manchas las mangas con la grosura de la carne? Si son abiertas arremangalas à los ombros: y si no lo son arrugalas al codo, y si te caen, clavalas con un alfiler, ò lo que à ti te conviene mas, con una espina. Tu señorito delicado, te recueftas en la mesa, en dõnde has aprendido esso? En alguna zaurda; ola, ponedle una almoada debaxo el codo. *Refitolero*, cuida no se pierdan estos relieves, ponles en la dispensa: lo primero de todo quita el salero, despues el pan, tambien los platos, las fuentes, las servilletas, finalmente los manteles: limpie cada uno su cuchillo, y metale en la bayna. Oyes tu *Cinciolo*, no te escarves los dientes con el cuchillo, porque es dañoso: hazte un mondadientes de pluma, ò de un palito delgado puntiagudo: y escarvalas poquito à poquito, para que no te sajes las encias, y te hagas salir

*tiarum actio. Amove mensam, voca ministrum, ut pavimentum hoc scopis verrat. Agamus Christo gratias: (a) praeat verba, qui sacrauit mensam.*

*Flo. Pro cibo temporario gratias agimus Christe Domine, temporarias: fac ut pro immortalitate agamus aeternas. Amen.*

*Ma. Ite lusum, & confabulatum, & deambulatum, quò libuerit, dum licet per lucem.*

## GARRIENTES.

*Nugo, Graeculus, Turdus.*

**Nu.** *A* *Sfideamus in hac trabe: tu Gracule è conspectu in saxo illo, modo ne impedimento sis, quò minus cernamus praterentes: apricemus nos ad hunc parietem, egregie Soli ostentum. Quam grandis truncus, & cui usui?*

*T. Ut nos hic sedeamus.*

*N. Oportet fuisse procerissimam, & latam arborem, unde est sumpta.*

**T.**

*(a) Idest, dicat, quæ nos eum sequentes proferamus. Sic Livius primæ decadis lib. 8. Agedum Pontifex, præi verba, quibus, &c.*

*fangre. Levantaos, y lavaos las manos, antes que se den gracias. Quita la mesa, llama à la criada, para que barra este fuelo con la escoba. Demos las gracias à Christo: comience el que bendixo la mesa.*

*Flo. O Jesu Christo Señor nuestro, nosotros os damos gracias temporales, por la comida temporal; haced que os las demos eternas por la immortalidad. Así sea.*

*Ma. Id à jugar, y hablar, y à passear à donde os pareciere, hasta la noche.*

## LOS CHARLATANES.

*Nugo, Grajo, Tordo.*

**Nu.** *S* *Entemonos los dos en esta viga: tu Grajo en aquella piedra de enfrente, con tal que nos dexes ver los que pasan: abriguemonos à esta pared, que està bien de cara al Sol. Què tronco tan grande, y para què sirve?*

*T. Para que nosotros nos sentemos en èl.*

*N. Muy alto, y ancho conviene fuesse el arbol, de donde se cortò.*

**T.**